



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CHRISTO CAPITE|| TOTIVS ECCLESIAE,|| QVINQVE LIBRIS|| explicata.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

Cap. I. De distinctione Personarum in eadem essentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53845](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53845)



LIBER SE. CVNDVS

DE CHRISTO.

CAPVT PRIMVM.

De distinctione personarū in eadem essentia.

ACTENVS OSTENDIMVS, VNVM VĒ-
rum Deum esse non solum Patrem, sed eti-
am Filium & Spiritum sanctum. Nunc o-
stendere oportet hæc tria, Patrem, Filium,
& Spiritum sanctum esse verè tria quædam
supposita ac distincta, non autem tria no-
mina, aut tria entia rationis. Quæ quidem quæstio dispu-
tanda est propter eosdem aduersarios, nouos videlicet Ari-
anos, & nouos Samosatenos.

Nam Valentinus GENTILIS & eius sectatores, eti faten-
tur cum Ario, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum esse tria
distincta re, tamen nō agnoscunt in ipso vero Deo intrinse-
cam distinctionē, ita ut eadē essentia sit in tribus, & idcirco
nolunt Patrem dici personam primam, immò dicūt perso-
nam primam esse personam sophisticā, & quod horribilius
est diabolicum, vt patet ex historia Benedicti Aretij de sup-
plicio Valentini Gentilis, & idcirco etiam rident ista nomi-
na. *Essentia, Persona, Relatio, Proprietas, &c.*

Porrò TRANSYLVANI agnoscunt etiam Patrem à
Christo distinctum quippe qui Christum purum hominem
faciunt, tamen ante incarnationem, nullam agnoscunt in
Deo distinctionem, vt patet ex lib. 2. cap. 4. vbi dicunt, Ver-
bum & Spiritum sanctum, quæ legūtur in Scripturis Testa-
menti veteris, esse potentias seu virtutes Patris, non distin-
genti veteris, esse potentias seu virtutes Patris, non distin-

12 Etas

etas ab ea persona, relatione, aut proprietate, Vnde etiam
in toto opere rident ista omnia nomina.

Nos ergo PRIMO differemus de ipsis nominibus, rite
demus deduci ex Scriptura, & antiquissimis Patribus. Secun-
do, probabimus, verè tres esse te distinctos, Patrem
Filium, & Spiritum sanctum, licet unus Deus sint, ut huius
periore ostendimus. TERTIO, soluemus præcipuas dif-
finitates circa hoc ineffabile mysterium, quo unum nomen
Deum, tres personas re ipsa distinctas esse credimus, & doc-
mus. QUARTO, disputabimus in particulari de distinc-
tione Filij à Patre, propter eos, qui Filium à utroque esse dicunt.
QUINTO, de distinctione eiusdem Filij à Spiritu sancto, que
quod idem est, de processione Spiritus sancti à Pater.

CAPUT II.

*De vocibus, quibus utimur in hoc mysterio
explicando.*

VANTVM ad PRIMVM, nomina sunt ha-
sentia, Homousios, Hypostasis, Substan-
tia, Proprietas, Relatio, Notio, Circum-
stacio, Trinitas. De quibus vocabulis duo do-
sunt. Primò refellenda, quæ in vniuersum reprehenduntur
syluanilib. 2. cap. 9. Deinde explicandum ordine defage-
natur. Illi igitur dicunt, hæc nomina quamvis profana sint, tam
nobis retineri quinq; de caussis. PRIMO, quia utilia sunt
oppugnandos hæreticos. SECUNDO, quia Patres illius
TERTIO, non ut aliquid dicamus, sed ut non tacemus.
QUARTO, quia utilia sunt ad explicandam mysteria Scriptura.
QVINTO, quia et si ea in Scripturis non habeantur, non ob-
stante eorum semina, & æquivalentia. Deinde rationes
quas ipsi sibi proposuerunt, refellunt.

Ad PRIMA respondent, non esse facienda mala, ne-
niant bona, & præterea hæreticos, qui non vincuntur
proutis, multò minus his vinci posse. Sed non redi-
cunt Catholicorum sententiam, nec enim Catholicis
istis nominibus oppugnari hæreticos, sed damnari, ex-
cludi ab Ecclesia; nam propter nouas hæretes cogimur.

*Vocabulorum
de Christo*